

Petrus de Vinea

*Ep. V 34 (Supplicauit
excellētiaē nostrae...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 34 (Supplicauit
excellenciae nostrae...)*

1242?

Conclusio super processu ad curiam destinando, in causa appellationis super criminali condemnatione.

1. Supplicauit excellentiae nostrae S. de..., fidelis noster, et cetera. 2. Nos autem ipsius supplicationibus benignius inclinati, fidelitati tuae mandamus, quatenus, si premissis ueritas suffragatur, si causa ipsa iudiciario ordine cognita extitit et sententialiter terminata, processum et formam condemnationis eiusdem sub tui sigilli impressione nostrae curiae studeas destinari. 3. Eidem Potestati nichilominus pro parte nostrae celsitudinis precepturus, ut similiter totum processum condemnationis eiusdem habitum coram eo ad nostram curiam sub suo sigillo destinare procuret, ut in ipsa causa per iudices magnae nostrae curiae, de processu predicto edoctos, procedatur, sicut iuri et honori nostri culminis uidebitur expedire. 4. Precepto per te facto eidem Potestati et Communi de syndico ipsorum ad nostram curiam destinando. Preterea et S. peremptorio termino assignato, quo se nostrae curiae representet, in causa eadem, prout conuenit, processurus, iustitia mediante. 5. Volumus insuper, ut de die citationis et termino per te statuendo tuis litteris debeas nostram curiam edocere.